UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De annu[n]ciatione beate Marie semper virginis. Cap[itulum]. ccxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶De ſanctis Liberato ⁊ ſocijs martyribus. Cap. ccxxij.

Liberatus martyr cum vxore ⁊ filijs duobus ⁊ creſcentius preſbyter necnō puer quidam annorum. vij. cuius nomen non exprimitur tēpore perſecutiōis arriane ī aphrica paſſi ſunt. Nam primo infantulus iuſſu Gyrille arrianorum epiſcopi a parentibus raptus matre poſt raptores conclamāte: vt ſe quoqꝫ ducerēt: dum viua voce ſe catholicum profitetur in gurgitem demerſus eſt. Quod ⁊ de duobus filijs liberati medici factum eſt. Poſt hec liberatus ⁊ vxor detēti ſeparatim in duobus carceribus miſſi ſunt. Cumqꝫ prius liberatum eductum in loco honorabili conſedere feciſſent: vxorem ſimiliter eduxerunt: ſuggerentes ei ꝙ vir ſuus conſenſerat arrianis. Que vbi ipm̄ conſpexit in loco ſublimiori confidentem: verum exiſtimans quod audiuit: ipſum de apoſtaſia duriſſime increpare cepit. Ille vero ſe catholicū profitens hereticorum fallacias detexit. Quapropter ambo coniuges gladijs trucidantur. Creſcentius autem preſbyter tarzetane ciuitatis perſecutionem fugiens in ſpeleo quintini montis incluſus inedia defecit. Horum paſſio agitur. x. kalendas aprilis. Hec aphricanus.

De ſancto Pygmenio preſbytero et martyre. Cap. ccxxiij.

Pygmenius preſbyter et martyr rome ſub iuliano apoſtata paſſus eſt. Hic iulianum eundem vna cum ſancto donato poſtmoduꝫ aretino epiſcopo et martyre a puero enutriuit: ⁊ ſacris litteris erudiuit. Iulianus autem poſt hec factus monachus chriſti fidē apoſtatauit: et diuina permiſſione procurante diabolo ad imperij apicem aſcendit: vnde chriſtianos vltra modum perſecutus eſt. Audiens autem ꝙ pygmenius corpora martyrum ſepeliret miſit eum in exilium in perſidem: vbi quadriennio demoratus cecitatem incurrit. Poſt hec in ſomnijs diuinitus admonitus venit romā. Cū autem vna cum puero ipſum deducēte ſtipem petens cliuium ſacre vie conſcenderet: oſtendit baculo redaꝫ ceſaris tranſeuntis. Qui pygmenium videns ⁊ eius quodammodo cecitati cōgaudens ait. gratias dijs ꝙ te video. At ille gratias inquit deo meo ꝙ non video. Quem mox imperator per poteſtatem in tyberim ſiccari fecit. Cuius corpus a chriſtianis collectū in cimiterio ponciani ſepultum eſt: non longe a corporibus abdon ⁊ ſennē. ix. kal. aprilis.

¶De ſancto Murita martyre. Cap. ccxxiiij.

Murita diaconus et martyr cum pluribus alijs apud aphricā paſſus eſt. Qui cū quendā elpidephorū baptizaſſet: illeqꝫ poſtmodū apoſtataſſet: ⁊ ad preſidis dignitatē perueniſſet: ab eodē tentus ſuaſus eſt: vt arrianorū fidei cōſentiret. Cum autē murita non ſolū ei cōſenſum prebere renueret: ſꝫ etiā ipm̄ de apoſtaſia increparet: ⁊ veſtes cādidas quas ei in baptiſmate dederat: reſeruatas ad eius confuſionē oſtenderet. Elpidephorus ira accenſus muritā cum pluribus clericis ceſos ⁊ nudos in exilium relegauit: vbi fame ⁊ inedia ac frigore cōſumpti martyriū cōpleuerūt. xix. kalen. aprilis. Hec victor aphricanus.

¶De annūciatione beate Marie ſemper virginis. Cap. ccxxv.

Annunciatio dominica dicitur: qz tali die ab angelo aduēt⁹ filij dei in carnē virgini marie annūciatus fuit: videlꝫ. viij. kalen. aprilis. Cum enī virgo beata a tertio etatis ſue anno vſqꝫ ad. xiiij. in tēplo cū alijs virginib⁹ extitiſſet: ⁊ votū virginitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſſet: eaꝫ ioſeph deſponſauit dn̄o reuelāte: ⁊ ioſeph virga frondēte: ſicut in hyſtoria natiuitatis eius dicetur. vi. idus ſeptēbris. Et in bethleē vnde erat ioſeph neceſſaria ꝓuiſurus iuit: ipaꝫ qꝫ in nazareth in domo paterna dimiſit: vbi ad eā angel⁹ venit et eideꝫ verbi dei aduentū nūciauit. ¶Circa hāc annūciationē ſex conſiderāda occurrūt: videlꝫ tp̄is opportunitas: miſſi nobilitas: mittentis auctoritas: loci congruitas: v̄ginis nūciū ſuſcipientis ſeritatis: ⁊ annūciatiōis nouitas. ¶Primū ergo conſiderandū occurrit tp̄is opportunitas: qđ fuit in mēſe. vi. a cōceptione iohānis baptiſte: que facta eſt. viij. kalen. octobris: vt ꝑ hoc detur intelligi ꝙ iohānes fuit figura veteris teſtamēti: vt dicit Aug. Cui⁹ aduentū xp̄i aduētus ſequitur. vi. mēſe: qꝫ in ſexta mūdi etate dn̄s incarnat⁹ eſt: ⁊ ſexta feria: ⁊ h°. ¶Primo ꝓpter numeri ꝑfectionē: qꝫ numer⁹ ſenarius ex ipſis ptib⁹ ſuis cōponitur: ſcꝫ. iij. ij. ⁊. i. nullo ſuperāte vel deficiente: vt ꝑ hoc ꝑfectio ipſius incarnationis denotetur: in qua cōcurrunt tria: ſcꝫ eterna diuinitas: anima de nouo creata: et caro ab adā traducta: ⁊ due nature: ſcꝫ diuinitas ⁊ humanitas: ⁊ hec cōſtituūt vnā ꝑſonā xp̄i. ¶Secūdo ꝓpter hoīs formationē. Nam ſicut Adam primus ſexta feria de terra virgine format⁹ eſt: ſic et adā ſecūdus qui eſt xp̄s de femina v̄gine incarnatus: ⁊ eodē die anni ad lrām: vt qdā tradunt: quod eſt. viij. kalē. aprilis primi ⁊ ſecūdi

ade diuerſo tpe: videlicet poſt annos quinq̄
mille centū nonagintanonē formatio facta eſt.
¶ Tertio propter nature renouationē. Nā filiꝰ
dei in equinoctio vernali: quo tpe oīa renouant
incarnari voluit: per hoc oſtēdens: ꝙ per ipam in
carnationē oīa renouabātur. apocal. xxi. Ecce
noua facio oīa. ¶ Secundū eſt miſſi nobilitas:
qui fuit angelꝰ gabriel. Congruū eñ fuit ꝙ an-
gelus ad virginē mitteret. ¶ Prio ex parte or-
dinis: vt ordo reparationis rñderet ordini pre
uaricationis: vt ſicut malus angelus muliere
ad peccati lapſuz inclinauerat: ſic bonus ange
lus virginē ad verbi cōceptū induceret. Secū-
do ratiōe ipius ꝟginis. Nā vt dicit hieronymꝰ.
Recte mittitur angelus ad virginē: qꝛ ſemꝑ eſt
angelis cognata ꝟginitas. In carne preter car
nē viuere: non terrena vita eſt ſed celeſtis ꝛc.
¶ Tertio ratione finis ſubſequētis. Nā incar-
natio xp̄i ordinabat ad finē ruine angelice per
ſaluandos hoīes reparāde. Ideo angeli nō de
buerūt excludi. ¶ De quo aūt ordine hic ange-
lus fuerit dubitat. Gregoriꝰ tenet: ꝙ fuerit de
ordine ſupremo dicens ſummū angelū venire
dignū fuit: qui ſummū omniū nūciabat. ¶ Alij
tenēt ꝙ de ordine archangelorū: qꝛ ipm eccl'ia
archangelū noīat: dicentes ꝙ hoc magis cedit
ad honorē virginis: qꝛ ſiquis de ſuperioribus
mitteretur: ab eo illuminari potius ꝙ̄ nunciari
videret. Quid aūt gabriel interpretet: dicetur
infra ꝑꝑ̄ia hiſtoria gabrielis. ¶ Apparuit autē
ſibi corpal'r: vt viſio eſſet certior: qꝛ corpal'r vi-
ſa certiora ſunt. Cognitio plenior: qꝛ viſa etiaz
per intellectū melius cognoſcunt. Et facto ſi-
milior: qꝛ nūciabat ſpūale verbū incarnādū: iō
fuit cōgruū: vt corpaliter appareret. Et appa-
ruit corpe humano: qꝛ dei filiū nō quodcunq̄
aīal: ſꝫ hoīem aſſumpturū nūciabat. ¶ In ſexu
maſculino: tū qꝛ dignior: tū qꝛ magis illumina-
tiuus: tū qꝛ in ipo ſexu dei filius erat hoīez aſ-
ſumpturꝰ. ¶ In etate iuuenili: qꝛ iuuenis dicit
nouitatē cū perfectiōe. Nā in puero ē nouitas
impfecta. In ſene pfecto antiquata. Et qꝛ an-
gelꝰ nūciabat illū: q̄ erat nouꝰ hūanitate: ꝛ pfe
ctus diuinitate: iō apparuit in iuuenili etate.
¶ In veſte alba: q̄ denotat innocētiā ꝛ angeli
nūciantis ꝛ ꝟginis recipiētis: ꝛ verbi carnē in
nocētē aſſumētis. ¶ In ortu ſolis: qꝛ veri ſolis
ortū venerat nūciare. ¶ Tertiū eſt mittētis au
ctoritas: qui eſt ipe deꝰ. Miſſus eſt eñ angelꝰ
a deo pr̄e: q̄ ibi poſuit ſuā oīpotentiā: vt preter
naturā ꝟgo mirabil'r pareret. Adeo filio: q̄ ibi
poſuit ſuā ſapiētiā: vt ſaluo pudicitie ſigillo in
ventrē ꝟginis intrare ꝛ inde exire ſapiēter ſci-
ret. Adeo ſpūſctō: q̄ poſuit ſuā gratiā: vt mu-
lier ſine peccato cōciperet. ¶ Quartū ē loci cō
gruitas: qꝛ miſſus eſt in ciuitatē galilee cui no-
men nazareth: qđ interpretat flos: vt ſic locus
tēpori cōgruat. Unde dicit bernardus: ꝙ flos
natus eſt de flore in flore ꝛ floris tpe. ¶ Quin
tū eſt ꝟginis nūciū recipiētis ſcitas: qꝛ miſſus
eſt ad virginē ꝛc. Ubi tria videnda occurrunt.
Prio q̄re xp̄s ī matrē elegit ꝟginē feminā: hoc
eñ fuit cōueniēs. Prio ex parte mittētis pr̄is.
Nō eñ fuit cōueniens: vt xp̄us q̄ ſm naturam
diuinā natural'r eſt filiꝰ dei: aliū haberet patrē
ꝙ̄ deū. Secūdo ex parte cōcipiētis matris. Nā
xp̄i generatio tēporalis: eſt imago generatiōis
eterne: vt ſicut de vno patre indiuiſibiliter naſci
tur generatiōe eterna: ſic de vna matre incorru
ptibil'r naſcat generatiōe tēporali: vt in vtraq̄
generatiōe de vno ſolo principio ꝓcedat. Ter-
tio ex pte incarnati germis: vt ſicut verbū ſine
corruptione in mēte concipit: ſic verbum dei in
corrupte carni vniat. Quarto ex pte ſubſequē-
tis muneris: vt ſicut filiꝰ dei naturalis ſine cor
ruptiōe naſcit de ꝟgine femina: ſic filij dei ado
ptiui renaſcant ſine corruptione de virgine ec-
cleſia. ¶ Secūdo quare elegit virginē deſpon-
ſatā. Huiꝰ aūt ſex ratiōes a doctoribꝰ aſſignā-
tur. Prima ratio eſt: vt ꝑ hoc ſacramentū iſtud
diabolo celaret: q̄ vidēs mariā pregnantē: ꝛ eā
deſponſatā ſciens: putauit eā de ioſeph conce
piſſe: ꝛ per hoc aduentū xp̄i non plene cogno-
ſcere potuit: quē ſciebat de virgine naſcituruz.
ꝛ hec ratio eſt origenis. Secūda vt ꝑ hoc xp̄us
legē iplere videret. Quō eñ legē nō ſolueret:
qui ab iniuria legis cepiſſet: cū partꝰ inupte le
gē dānet. ꝛ hec eſt ratio hieronymi. Tertia vt
per h̄ infamia ꝟginis tolleret. Maluit eñ dñs
aliq̄s de ſuo ortu ꝙ̄ de matrꝫ pudore dubitare.
Ideo potiꝰ voluit credi filiꝰ eē ioſeph ꝙ̄ matrē
impudicā. ꝛ hec eſt ambroſij. ¶ Quarto vt per
hoc ceteris mulieribus exemplū daret. Nam ſi
beata virgo infamata fuiſſet: cetere virginis ſi-
niſtra opiniōe viuētes velamē excuſationis ha
berent: ꝙ infamata quoq̄ mater dñi videret.
Et hec etiā eſt ambroſij. ¶ Quinto vt per hoc
virgini teſtimoniū pberet. Fuit eñ ioſeph vir-
ginitatis dñe teſtis veridicus: q̄ eā ꝛ virginem
ꝓbauit ꝛ ſi alterā cognouiſſet accuſare potuit.
Et hec ē auguſtini. Sexta vt ꝑ hoc nato puero
a ioſeph miniſteriū preberetur. Cui ioſeph nu-
tritus fuit: et omnis eius infantie educator:
vt dictū eſt ſupra de ſancto ioſeph. xiiij. kalen.
aprilis. ꝛ hec hieronymi. ¶ Tertio q̄re elegit
virginē nomine mariā. Hoc eñ nomē interpre-
tat. Illuminatrix: illuminata. Mare amaꝝ. Et
dñā: atq̄ ſtella maris. Fuit enim illuminata in
verbi cōceptione. Illuminatrix in eius partu-
ritione. Mare amarū in eius paſſione. Dña in
ipius aſſumptione. Stella maris eſt in pecca-
torū conuerſione. ¶ Sextū eſt legationis noui-
tas: que conſiſtit in. vi. ¶ Primo in angelica ſa
lutatione. Ingreſſus eñ angelus ad eam in cu
biculū: ꝛ orantē inueniens cū nimia claritate
ꝛ ſumma reuerētia proſtratus vt ſeruus ad do-
minam: qui ante alias venerat eidemq̄ appa-
ruerat vt ſociꝰ ad amicā: vultu in terrā demiſſo

iocūda voce inquit. Aue gratia plena dñs tecū
bñdicta tu in mulieribus ⁊c. Et oñdit ipſam a
Suiture liberatā. Aue .i. ſine ve. Triplici em̄ ve
mulieres laborāt: qđ notatur in triplici littera
huius noīs eua. Eſt em̄ ve pudoris quoad con-
cipiētes: ⁊ hoc denotat lr̄a. E. que eſt nota irri
ſionis. Eſt ve doloris quoad parturiētes. ⁊ hoc
denotat littera. V. que eſt nota lamētationis.
Eſt ve laboris quoad nutriētes: ⁊ hoc denotat
littera. A. que eſt nota fatigatiōis. Sed ecōtra
nomen eua vertit̄ ⁊ fit Aue .i. ſine ve pudoris:
doloris: ⁊ laboris: q2 ſine pudore concepit: ſine
dolore peperit: et ſine labore filium educauit.
❡ Dotibus adornatam: gratia plena. Hierony
mus. Singulis em̄ gratia largit̄ ꝑ partes: ma-
rie ꝟo ſimul ſe totā infundit gratie plenitudo.
❡ Matrimonio copulatā: dñs tecū: pluſq̄ me-
cū dicit. Chryſoſtomus. q2 mecū per gratiam:
tecū per naturā: mecū in mente: tecū in carne.
mecū q2 ab eo ſum creatus: tecū qui ex te eſt in
carnatus. ❡ In reginā ordinatā: benedicta tu
in mulieribus. Auguſtinus. maledictio eue: in
benedictionē mutat̄ marie ⁊c. ❡ Secundo no-
tatur hec nouitas in virginis cogitatione. Hec
em̄ cū virgo audiſſet turbata eſt nō perturbata:
ꝙ em̄ turbata eſt fuit pudicitie ꝟginalis: ꝙ nō
perturbata fortitudinis: vt dicit Bernardus.
Et turbata eſt non in angeli viſione: quē ſepe vi
dere ↄſueuerat: ſed in noua ſalutatione. Ideo
turbata eſt in ſermōe eius: ⁊ cogitabat qualis
eſſet iſta ſalutatio. ❡ Tertio in facti ſiue lega-
tionis narratione. Angelus em̄ more ſapientuȝ
legatorū poſt ſalutationē virgini factā ex par-
te dei narrat ei cauſam ſui aduentus dicēs. Ne
timeas maria ⁊c. Annūciās ei dei filiū ex eius
vtero incarnandū: ⁊ ip̄m ẜm hominē ſuper ſe-
dem dauid patris eius perpetuo regnaturum.
❡ Quarto in dubij cuiuſdā interrogatiōe. Nā
virgo cū credula verbis angelicis redderetur
quantuȝ in facto: nō dubitans aliqualiter quin
hoc fieret ꝙ mater filij dei eſſet: dubitans de
modo vt doctores dicunt: angelū ſup hoc inter
rogauit dicēs. Quo modo fiet iſtud ⁊c. Et de-
bet ſcribi diuiſe vt ſint due dictiones ſcil3: quo
ꝓnomē ⁊ modo nomē: ⁊ non vna dictio: quomō
que eſt aduerbiū interrogandi: quaſi dicat vir-
go. Tantū ꝟginitatē predilexi: vt ſalua diuina
diſpoſitione: potius eligerē virginē permanere
ꝗ corruptā dei matrē eſſe. ❡ Quinto in ipſius
dubij ſolutione. qđ immediate angelꝰ ſoluit di-
cens. Spirituſſanctus ſuperueniet in te ⁊ vir-
tus altiſſimi obumbrabit tibi. Et notāter dicit̄
nō venire: ſed ſuperuenire: vt ſuperabundātie
gratia oſtendat̄. Et virtus altiſſimi eidē obum
bratura prenūciet̄. Hec aūt obūbratio ip̄a ē di-
uini verbi incarnatio. Nā vmbra a lumine ⁊ cor
pore obiecto formatur. Sicut em̄ ſol quodāmō
eſt pater vmbre: ⁊ ſtatua ſiue quodlibet corpꝰ
eius mater; ⁊ ſtatua ex ſolis lumine cōcipiēs
lumen: vmbram format in terra: que vmbra pa-
trem ſolē habet in celis: ſtatuā ꝟo matrē in ter-
ris. Sic xp̄s patrē deū habet i celis: matrē vir-
ginē in terris: que dei lumē ↄcipiēs xp̄i hūa
nitatem inſtar vmbre ex ſui natura formauit in
terris. ❡ Vltra hec angelus ad leticie virginis
cumulū: ⁊ eius perfecte fidei firmamentū: eli-
zabeth eiꝰ cognatā zacharie coniugē: nūciauit
ſterilē cōcepiſſe ⁊ iā mēſem ſextū attigiſſe: vt
ex hoc: deo poſſibile quicqđ vellet eſſe aſſere-
ret. ❡ Sexto in legatiōis finali cōcluſione. Nā
vbi ꝟgo audiuit ꝙ mater filij dei eſſet futura:
nec ꝓpter hoc ꝟginitatē quā deo vouerat amiſ
ſura ſūma repleta leticia: genu terre poſito ex-
panſis manibꝰ oculiſq̄ ad celū erectis cū lachry
mis dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ẜm verbū
tuū. Statimq̄ filiꝰ dei in vtero ꝟginali de ip̄iꝰ
ſemie ſpūſancto operāte cōceptꝰ eſt: perfectꝰ
deus: ꝑfectus hō: ex aīa rationali ⁊ hūana car
ne ſubſiſtēs. Cuius corpis formatio ⁊ organiza
tio nō .xl. ſeu .xlv. dierū numerū expectauit: ſed
mox ip̄o inſtāti vt virgo verbū ꝓtulit: diuīa ope
rante oīpotentia ꝑfecta ⁊ integralis facta fuit.
❡ Tunc ſurgēs maria abijt in mōtana ad eliza
beth viſitandā: quā vt ſalutaſſet iohānes in eiꝰ
vtero exultauit. Illa per ſpiritūſanctū in exul-
tatione filij: virginē xp̄m in vtero cōcepiſſe co-
gnouit: ⁊ qđ nouerat ꝓphetauit. Et maria can-
ticū: magnificat: cuȝ exultatione decātauit. Et
inde apud cognatā tribus menſibus manſit: do
nec iohanne nato ipſa mater chriſti eidem pri-
mum officium obſtetricis impendit.

❡ De ſctō Gabriele archangelo. Cap. cxxvi.

GAbriel archāgelus quāuis nulla ſpeciali ſolēnitate
aliquo anni tempore ab eccleſia
recolatur: merito tamen .viij. ka-
len. aprilis de ipſo memoria cele-
bris habenda cenſetur: q2 ipſo die myſteriū in-
carnationis principiū noſtre ſalutis: vt dictum
eſt beate virgini nūciauit: ⁊ ad ipſam legationē
deferendā nūcius idoneus pre cūctis angelis
a deo electus fuit. Quāuis em̄ alias pluries a
deo magna ſacramenta nūcianda pluribus ſan
ctis fuerit deſtinatus: in nullo tn̄ ſicut in myſte-
rio incarnationis fuit tanto honore ſublimatꝰ.
De ip̄o em̄ in ſcriptura ſacra expſſum habemꝰ:
ꝙ multa predixit danieli de tempore futuro.
⁊ ſecreta nunciauit zacharie de iohanne naſci-
turo. Hic etiā ẜm iohannem beleth ortum bea-
te virginis ioachim et anne eius parentibus
nunciauit. Et generaliter licet ex nomine ga-
brielis non exprimatur: creditur a pluribus: ꝙ
ad queq̄ magna dei ſacramenta prenuncianda
hic angelus deſtinetur. Vnde et ex hoc qui-
dam putant eundem fore qui ortum ſampſo-
nis manue predixit: et ioſeph vt chriſtum pue-
rum fugaret in egyptum in ſomnis mandauit:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN